Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiæ,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

De Ioannis II. bello Genapiensi pro Iudaeis. Cap. LXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Visual Library

De IOANNIS *II. bello Genapienſi pro Iudæis.*

IX. Dux Lotharingiæ & Brabantiæ.

CAP. LXIV.

IOANNIS ſecundi ætate multi populares inconſultè, nec Cruce prædicata, nec Ducem habentes, expeditionem ſuſceperunt in terram ſanctam contra infideles. Hi in itinere Iudæos, quoſcunque inuenire poterant, neci tradebant. Quapropter Dux Genapienſe caſtrum Iudæis conceſſit, vt eo ſe tutarentur. Sed capitoſus & temerarius populus, ſtatim Genapiam obſedit. Cumque precibus & monitionibus Ducis nihil mouerentur, ipſe ad eos comprimendos profectus eſt: cumque rationibus nollent acquieſcere, bellum contra eos ſuſcipere compulſus eſt: prælioque commiſſo, nonnullis cæſis, reliqui fuga ſalutem quæſiuerunt.

Ex chronicis Brabantiæ.

De ſacra militia contra Pruthenos, tempore Ioannis III.

CAP. LXV.

IOANNES III. paterni nominis & principatus hæres, ſucceſſit anno Domini ∞. CCC. XII. ætatis anno XII. Quo Duce cognatus eius Ioannes Comes Namurcenſis cum fratribus Guidone & Philippo, & cum ingenti ſocietate nobilium anno CIↃ. CCC. XXXV. propter Deum & ſalutem animæ ſeceſſit in Pruſſiam contra Sarracenos. Ex Bra-

Ioannes III. fuit X. Lotharingiæ & Brabantiæ Dux.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN